Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



et dixit ei petrus Domine tu mihi lauas pedes Respondit ihs et dixit ei Quod
ego facio tu nescis modo scies autem postea Dicit ei petrus Non lauabis
mihi pedes in eternum Respondit ei ihs Si non lauero te non habebis partem
mecum Dicit ei symon petrus Domine non tantum pedes meos sed et manus
et caput Dicit ei ihs Qui totus est non indiget nisi vt pedes
lauet sed est mundus totus Et vos mundi estis sed non omnes
Sciebat enim quisnam esset qui traderet eum Propterea dixit non estis mundi os
Postquam ergo lauit pedes eorum accepit vestimenta sua et cum recubuisset
iterum dixit eis Scitis quid fecerim vobis Vos vocatis me magister
et domine et bene dicitis Sum etenim Si ergo ego lauo pedes vestros dominus et magis
et vos debetis alter alterius lauare pedes Exemplum enim dedi vobis
ut quemadmodum ego feci ita et vos faciatis Offertorium Dextera
domini fecit virtutem dextera domini exaltauit me non moriar sed viuam et narrabo opera domini Secreta
Ipse tibi quesumus domine sancte pater omnipotens deus sacrificium nostrum reddat acceptum
qui discipulis suis in sui nomine hoc fieri hodierna traditione mandauit
ihs xpc dominus noster Qui tecum Infra actionem Communicantes
et diem sacratissimum celebrantes quo dominus noster ihs xpc pro nobis est traditus
Sed et memoriam venerantes imprimis gloriose semper virginis marie
genitricis eiusdem dei et domini nostri ihu xpi Item Infra ac Hanc igitur
oblationem seruitutis nostre sed et cunctae familie tue quam tibi offerimus
ob diem in qua dominus noster ihs xpc tradidit discipulis suis corpus et sanguinem
suum mysteria celebranda Item Qui pridie quam pateretur pro
nostra omnium salute hoc est hodie accepit panem sanctum ac venerabilem
in manus suas Hic uadit ad pacem et communicat Data
pace Corpus domini de uasculo sup altare sumatur et sup patenam
illa hora sumendum ponatur Intheum eciam mox de eodem vasculo
auferatur aliudque a sacrista illa hora paratum eodem ponatur